

inherere iuxta: *Sepe maleficium*^{a)} [solet] *inter pulcra reponi*¹⁾, *ut lateat vitium proximitate boni*²⁾. Sed *a fructibus eorum cognoscetis eos*³⁾, quoniam *non potest arbor mala bonos fructus facere*⁴⁾, nec e contrario, sicut evangelisticus dicit sermo. Nunc autem superni roris gratia compluente, cum infructuose^{b)} arbores aliquatenus pullulare^{c)} cepissent^{d)}, proditores imperii de magna multitudine gloriari ceperunt. Desiccatus^{e)} est botrus, unde sucus^{f)} periit et sic fructus. Excise^{g)} sunt arbores, que steriles extiterunt, et in ignem deiecte sunt⁵⁾, ut ab igne materiali descendant suis meritis exigentibus ad incendium generale. Unde congratulantur fideles humiles, cum vident ultionem in sanguinem⁶⁾ predictorum. Ego vero, servus servorum celsitudinis augustalis, iudex, regrator creatori, qui separavit agnos ab hedis^{h)} 7), granum ab paleis⁸⁾, labruscamⁱ⁾ amaritudinis extirpavit, ut omne bonum in commune deductum pulcrius elucescat in exultatione fidelium et sitientes^{k)} contrarium pre ampliore^{l)} cordis amaritudine desiccentur^{m)}.

a) beneficium Hs. b) infructuose Hs. c) pululare Hs. d) cepisent Hs. e) desicatus Hs. f) succus Hs. g) excisse Hs. h) edis Hs.
i) lambruscam Hs. k) scientes Hs. l) anplioris Hs. m) dessiccentur Hs.

¹⁾ Zitat nicht ermittelt. Nach freundlicher Auskunft von Herrn Prof. Hans Walther (Göttingen), von dem ich auch die Ergänzung *solet* übernommen habe, sind Komplettierungen eines Klassikerverses, wie sie in unserem kollateral gereimten Distichon vorliegen, in der ma. Proverbienliteratur nicht selten.

²⁾ Ovid, *Ars amatoria* 2, 662.

³⁾ Matth. 7, 16.

⁴⁾ Matth. 7, 18.

⁵⁾ Vgl. Matth. 7, 19.

⁶⁾ Vgl. 2 Par. 24, 25 u. Ps. 78, 10.

⁷⁾ Vgl. Matth. 25, 32.

⁸⁾ Vgl. Matth. 3, 12.